



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

3. Junii. Nec duntaxat invicem vos perpetuò diligere, & amare debetis, sed amorem illum in omnes communicare. S. Ignat. ibid. f. 331.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

clamat de terra vindictam. Sic, qui fufus est in salutem, convertitur in ruinam, & redemptionis pretium, fit perditionis argumentum.

3. Junii.

Nec duntaxat invicem vos perpetuò diligere, & amare debetis, sed amorem illum in omnes communicare. S. Ignat. ibid. f. 331.

SI vera charitas est, vel sol sic in universo, vel punctum in circulo; Ex hoc rectæ ad universa circuli puncta ducuntur lineæ; ille lucere, & prodesse pari luce conatur omnibus.

Omnibus debitores sumus, ut omnibus omnia fiamus. Nec id quidem ad speciem solum, hoc enim non amare est, sed adulari, non prodesse, sed decipere velle; indignum humanâ societate vitium!

Magneticum hoc amoris arcanum est, ut qui amat omnes, pariter ab omnibus redametur. Echo nempe charitas est, reddit, quem accipit affectum. Hæc sola justa est humanos favores aucupandi via.

Imitatores ejus sumus, qui ut charitatem nos doceret, pro uno non magis, quàm pro omnibus mortuus. Partiales affectus sunt odiorum semina.

4. Ju-